

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Correctio bo
cum uariis

Non debet uicia aliena corripere qui adhuc uiciorum contagionibus fuerit inuolutus. Improbum enim est arguere quicquam in alio quod adhuc reprehendit in se ipso. Qui enim ueraciter fraternalm uult corripere ac sanare infirmitatem, talem se prestare fraterne utilitati studeat ut eum quem corripere cupit humili corde admoneat. Sicut enim uiri spirituales alieni peccati emendacionem expectant, ita proterui delinquentibus deridendo insultant et quantum in ipsis est eos insanabiles putant.

Ysidorus libro III. de summo bono capitulo XXXII.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Correctio bo] Correctio bn P V¹ V² L¹ L²; fraterne utilitati] utilitati fraterne C; eos *om.* P V¹ V² L¹ L²